FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Oeconomiae Salutis Epitome Isagogica

Lange, Joachim

Halae Magdeburgicae, MDCCXXX.

VD18 13487469

Articulus I. De Dei Essentia.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-211558

Visual Library

MEMBRUM II.
DE SALUTIS AUCTORE, DEO.

ARTICULUS I.
DE DEI ESSENTIA.

Sedes doctrinæ: Hebr. XI, 6. Gen. XVII, 1. Exod. XXXIV, 6. 7. Deut. VI, 4. 5. Jer. XXIII, 23. 24. Pſ. CXXXIX. Jo. IV, 24. 1 Cor. VIII, 6. &c.

Nomina Dei: quæ ſunt

Hebræa, deſumta vel a Dei *eſſentia*, ut: יה, יהוה אהיה; vel ab ejus *attributis*, ut: עליון, אלהים, אל, &c. vel, ab *operibus*, ut: creator, judex &c..

Græca Κύριος, quo reddi ſolet nomen יהוה, & Θεός, quod, ſine adjuncto alienante poſitum, ſoli vero Deo proprium eſt.

Definitio: Deus eſt Spiritus independens; & trium quidem hypoſtaſium, Patris, Filii ac Spiritus ſancti, rerum omnium cauſſa & rector, ac cauſſarum liberarum judex.

TRACTATIO.

I. INDEPENDENTIA Dei inſinuatur nomine *Jehova*, & eſt notio Dei prima Jeſ. XLI, 4. XLIV, 6. continens notionem cauſſæ primæ & efficientis, ex eaque reſultat

1. *Unitas*, Deut. IV, 35. VI, 4. Jo. XVII, 3. 1 Cor. VIII, 6. Eph. IV, 6. cujus uſus eſt in fuga idololatriæ Exod. XX, 2. 3. & in ſtudio τοῦ ἑνός Luc. X, 41. 42. Phil. III, 13. Matth. VI, 24.
2. *Infinitas*, habens notionem abſolutæ perfectionis, & in ſe continens
   a, *Aeternitatem*, Pſ. CII, 28. principii, finis & ſucceſſionis expertem, meditandam ex 2 Cor. IV, 17. 18.
   b. *Immenſitatem*, nullis locorum terminis circumſcriptam 1 Reg. VIII, 27. Pſ. CXLV, 3.

c. Omni-

Franckesche Stiftungen zu Halle

Franckesche Stiftungen zu Halle

c. *Omnipræſentiam* Jer. XXIII, 23. 24. Pſ. CXXXIX, 7. ſeqq. quæ uſum habet hermeneuticum, pædeuticum & paracleticum. Gen. V, 24. VI, 9. XVII, 1. pag. 46-48

II. SPIRITUALITAS Dei continet ſimplicitatem, immutabilitatem & vitam, inſinuans in ſpiritu hypoſtatico facultatem *intellectus* & *voluntatis* liberæ.

1. *Simplicitas* eſt, ſecundum quam Dei attributa ipſa ejus ſunt eſſentia, practice meditanda ex Matth. VI, 22. 2 Cor. XI, 3. Eph. VI, 5.
2. *Immutabilitas* eſt, qua Deus ſibi ſemper conſtat, Mal. III, 6. Jac. I, 17. abnegationem rerum mutabilium commendans. 1 Cor. VII, 30. 31.
3. *Vita* Dei eſt principium omnis operationis, ſecundum quam Deus eſt auctor omnis vitæ, naturalis, ſpiritualis, æternæ Joh. I, 4. 1 Tim. VI, 17. De *intellectu* & *voluntate* ſeorſum. p. 48. 49

III. INTELLECTUS Dei mera *lux* eſt 1 Jo. I, 5. ad quam, præter *veritatem*, pertinet *ſcientia & ſapientia*.

1. *Scientia* Dei, quæ
   a. diſtinguitur in *naturalem*, ſeu neceſſariam, & vocari ſolet ſcientia ſimplicis intelligentiæ, & *liberam*, quæ Deo convenit reſpectu liberi decreti,
   b. reſpectu objecti univerſalis eſt *omniſcientia*, & reſpectu futurorum *præſcientia*, fons *prædictionis* Jeſ. XLI, 22. 23. XLII, 9. XLIII, 12. & non ſolum eſt *ſimplex* de ſimpliciter futuris, ſed etiam *media* de futuris, ſub certa conditione. 1 Sam. XXIII, 11. ſeqq. Matth. XI, 21. Act. XXVII, 31. nullam rebus *neceſſitatem* adferens, cum ſit intellectus nihil efficientis.
2. *Sapientia*; quæ notat exquiſitiſſimum Dei conſilium, quo Deus rebus omnibus, ad certum finem creatis, naturam dedit iſti convenientem: & continet *prudentiam* gubernatricem, in *providentia* ſe exſerentem. p. 49-53

IV. VO-

IV. VOLUNTAS Dei, quæ ſe habet per modum potentiæ, tendentis in bonum & averſantis malum, pro diverſitate reſpectuum eſt

1. vel *naturalis*, qua Deus vult, quod non poteſt non velle; vel *libera*, qua vult, quod ſalva natura ſua etiam poſſet non velle.
2. vel *abſoluta*, qua Deus aliquid vult ſine ulla conditione; vel *ordinata*, qua Deus aliquid vult cum conditione, ad certum mediorum ordinem reſtricta. 1 Tim. II, 4.
3. vel *antecedens*, qua Deus aliquid vult generatim ſub poſita quaſi regula applicabili Marc. XVI, 16. vel *conſequens*, qua Deus aliquid vult in ordine regulæ iſtius jam applicatæ. p. 53. 54

V. VOLUNTAS Dei diſtingvitur in *naturalem* & *liberam*, in *abſolutam* & *ordinatam*, in *antecedentem* & *conſequentem*: ad voluntatem pertinent *amor*, *juſtitia*, & *potentia*.

1. *Amor*, qui, tanquam evangelii principium, vocatur reſpectu
   lapſus & reſtitutionis, *gratia*
   miſeriæ humanæ, *miſericordia*
   effectus, *benignitas* & *beneficentia*, excitans in nobis amorem reverentiæ, obedientiæ & amicitiæ.
2. *Juſtitia*, etiam ſanctitatis nomine appellata, & *veracitatem* continens, tanquam legis principium, eſt legislatrix & vitæ directrix, atque reſpectu malorum *vindicativa* Pſ. II, 11. 12. reſpectu bonorum *remuneratoria*. Rom. II, 5. ſeqq. 2 Theſſ. I, 5. ſeqq.
   Not. Gratiæ ac juſtitiæ *temperamentum* conſtituit ſalutis *fundamentum ac ordinem*.
3. *Potentia*, gratiæ ac juſtitiæ exſecutioni inſerviens & voluntati reſpondens, eſt vel *abſoluta*, præcipue in miraculis conſpicua, vel *ordinata*, ad certum in agendo ordinem relata. p. 55. 56

M. II.